

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum bonum, sapiens & huiusmodi præcident deo accidens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVAES. VII. DE SIMPLI. DIV. ESSENT. ART. III.

ab asino, rationali differentia. Rationale autem veterius non differt ab asino aliqua differentia (qua sic esset bire in infinitum) sed se ipso.

Ad tertium dicendum, quod Deus dicitur diversus genere ab alijs creaturis, non quasi in alio genere existens, sed omnino existens extra genus.

Ad quartum dicendum, quod ens per se non est definitio substantiae ut Anic. dicit. Ens enim non potest esse alienius genus, vt probat Philos. Metaph. cum nihil possit addi ad ens quod non participet ipsum: differentia vero non debet participare genus. Sed si substantia possit habere definitionem non obstante quod est genus generalissimum, erit eius definitio, quod substantia est res, cui quidditatibus debetur esse non in aliquo. Et sic non conveniet definitio substantiae Deo, qui non habet quidditatibus suam praeter suum esse. Vnde Deus non est in genere substantiae: sed est supra omnem substantiam.

Ad quintum dicendum, quod Deus definiri non potest: omne n. quod definitur, in intellectu definitis comprehenditur. Deus autem est incomprehensibilis ab intellectu. Vnde cum dicitur quod Deus est actus purus, haec non est definitio eius.

Ad sextum dicendum, quod ad rationem generis requiritur quod vniuersitate prædicetur. Nihil autem de Deo potest & creaturis vniuersitate prædicari, vt infra patet. Vnde licet ea, quae de Deo dicuntur, prædicentur de ipso substantialiter, nihilominus tamen non prædicantur de ipso vt genus.

Ad septimum dicendum, quod licet Deus non poteat ad genus substantiae quasi in genere contentu, sicut species vel individuum sub genere continentur: potest tamen dici quod sit in genere substantiae per reductionem, sicut principium, & sicut punctum est in genere quantitatis continuae & unitas in genere numeri. Et per hunc modum est mensura substantiarum omnium, sicut unitas numerorum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum bonum, sapiens, iustum, & huiusmodi prædicentur de Deo accidentes.

Quarto queritur utrum bonum, sapiens, iustum, & huiusmodi, prædicentur de Deo accidentes. Et videtur quod sic. Quod enim prædicatur de aliquo non significans substantiam sed illud quod naturam assequitur, prædicat accidentis: sed Dam. dicit in primo libro, quod bonum & iustum, & sanctum, dicta de Deo assequuntur naturam, non autem ipsam substantiam significant, prædicant ergo de Deo accidentes. Sed dicebatur quod Damasc. loquitur quantum ad modum significandi.

Tertio contra. Modus significandi qui sequitur rationem generis, oportet quod ad rem referatur: genus enim prædicatum significat substantiam subiecti, cum prædicetur in eo quid: sed prædicti nominibus coperit significare per modum assequentiis naturam ex ratione generis. Sunt n. in genere qualitatis, quae sunt propriam rationem ad subiectum respectum haber: nam qualitas est secundum quam quales dicimur. ergo oportet quod iste modus significandi referatur ad rem, vt scilicet ea quae per prædicta nomina significantur, sint assequientia naturam eius de quo prædicantur, & per consequens accidentia. Sed dicendum, quod ista nomina non prædicantur de Deo, quantum ad genus suum, quod est qualitas:

F non enim propriè dicuntur de Deo nomina nobis imposita.

¶ 3 Sed contra: a quocumque remouetur genus, falso prædicatur de eo species: quod enim non est animal, falso dicitur homo. Si ergo genus prædicatum quod est qualitas, non prædicatur de Deo, prædicta nomina non solum prædicabuntur impræcie, sed falso de Deo. Erita erit falsum quod dicitur, quod Deus est iustus, vel quod Deus est sanctus, quod est inconveniens. ergo oportet dicere, quod prædicta nomina in Deo prædicent accidens.

¶ 4 Præt. Philos. dicit. Physic. quod id quod vere est id est substantia, nulli accidit. ergo eadem ratione secundum se est accidens, ubique est accidens: sed iustitia & sapientia, & huiusmodi sunt per se accidentia. ergo & in Deo sunt accidentia.

¶ 5 Præt. Oia quæ sunt in rebus creatis exemplarum a Deo, qui est forma exemplaris omnium: sed iustitia, sapientia, & huiusmodi in rebus creatis sunt accidentia. ergo in Deo sunt accidentia.

¶ 6 Præt. Vbi cumque est quantitas & qualitas, ibi est accidens: sed in Deo videtur esse quantitas & qualitas, et enim in Deo similitudo & equalitas, dicimus enim filium similem patri & æquali: similitudo autem creaturæ ex uno in qualitate, equalitas ex uno in quantitate. ergo in Deo est accidens.

¶ 7 Præt. Vnumquodque mensuratur primo sui generis: sed Deus non solum est mensura substantiarum, sed omnium accidentium, quia ipse est creator, & substantia & accidentis. ergo in Deo non tamen est substantia, sed accidens.

¶ 8 Præt. Illud sine quo potest aliquid intelligi: dentaliter de eo prædicatur. Ex hoc enim potest Porphyrius separabilia quedam accidentia esse, quia potest intelligi coruus albus, & Aetius nitens candore. sed Deus potest intelligi sine bono, ut patet per Boetium in lib. de Hebdom. ergo bonum significat accidentem in Deo, & eadem ratione alia.

¶ 9 Præt. In significatione nominis duo est confidere, scilicet id a quo imponit, & id cui imponitur. Quantum ad utrumque: autem hoc nomen sapientia videtur accidentis significare: imponitur enim ab eo quod est facere sapientem, quod videtur actio esse iustitia: id autem a quo imponitur, est qualitas quædam. ergo omnibus modis hoc nomen, & alia similia, significant accidentis in eo de quo prædicatur, & ita in Deo est aliquid accidentis.

SED CONTRA est, quod Boetius dicit, qd Deus cum sit forma simplex, subiectum esse non potest: omne autem accidentis est in subiecto. ergo in Deo non potest esse aliquid accidentis.

¶ 2 Præt. Omne accidentis habet dependentiam ab alio: sed nihil tale potest esse in Deo, quia quod dependet ab alio oportet esse causatum, Deus autem est causa prima nullo modo causata. ergo in Deo accidentis esse non potest.

¶ 3 Præt. Rabbi Moses dicit, quod huiusmodi nomina non significant in Deo intentiones aditias superius substantiam: omne enim accidentis significatio intentionem additam superius substantiam sui subiecti, ergo prædicta non a non significant accidentis in Deo.

¶ 4 Præt. Accidentis est quod adest & abest propter subiecti corruptiōrem: sed hoc in Deo esse non potest, cum ipse sit immutabilis, vt probatur a Philos. in Physic. ergo in Deo accidentis esse non potest.

RESPON. Dicendum quod absque omnitudine tenendum est, quod in Deo nullum sit accidentis.

3. Metaphy.
car. 8. circ. a
vni. ip.
Lib. 3. com.
10. tom. 3.

Art. 7. huius
quæll.

D. 464.
Et 11. que.

dens. Quod quidem ad presens potest ostēdi tribus rationibus. Prima ratio est, quia nullā naturā, vel essentia, vel formā, aliquid extraneum adiungitur, licet id quod habet naturam, vel formā, vel essentiam, possit aliquid extraneum in se habere: humanitas enim non recipit in se nisi quod est de rōne humanitatis. Quod ex hoc patet, quia in definitionibus que essentiam rerum significant, quodlibet additū vel substratum variat speciem, sicut etiam in numeris, ut dicit Philos. 8. Metaph. homo autem qui habet humanitatem potest aliquid aliud habere, quod non sit de ratione humanitatis, sicut albedinem, & huiusmodi, quae non insint humanitati, sed homini. In qualibet autem creatura inuenientur differentiae habentes & habiti. In creaturis namque compofinis inuenientur duplex differentia, quia & ipsum suppositum sine individuum habet naturā speciei, sicut homo humanitatem, & habet viterius esse: homo enim nec est humanitas, nec esse suum. Vnde homini potest inesse aliquid accidens, non autem ipsi humanitati, vel eius esse. In substantiis vero simplicibus est una tantum differentia, essentia & esse. In angelis enim quodlibet suppositum est sua natura: quidditas enim simplicis, est ipsum simplex, ut dicit Augustinus, non est autem suum esse: vnde ipsa quidditas est in suo esse subsistens. Vnde in huiusmodi substantiis potest inueniri aliquid accidens intelligibile, non autem materiale. In Deo autem nulla est differentia habentes & habiti, vel participantis & participati: immo ipse est & sua natura & suum esse, & ideo nihil alienum, vel accidentale potest ei inesse. Et hanc rationem videat tangere Boetius in lib. Hebdo. dicens, Id quod est, habere potest aliquid, praterquam quod ipsum est. Ipsum vero esse, nihil aliud prater se habet advenitum. Secunda ratio est, quod cum accidentis sit extra secundum ab essentia subiecti, & diuersa non coniungantur, nisi per aliquam causam, oportet si accidentis Deo adueniat, quod hoc sit ab aliqua causa. Non autem potest esse ex aliqua causa extrinseca, quia sequeretur quod illa causa ex in se aget in Deum, & esset prior eo: sicut mouens moto & faciens factū. Sic enim causatur accidentis in aliis subiectis ab extrinseco, in quantum exterius agit in subiectum, in quo causatur accidentis. Similiter, non potest esse ex causa intrinseca, sicut est in personis accidentibus, quia habet causam in subiecto. Subiectum enim non potest esse causa accidentis ex eodem, ex quo suscipit accidentis: quia nulla potentia mouet se ad actum. Vnde oportet, quod ex alio sit susceptum accidentis, & ex alio sit causa accidentis, & sic est compositum: sicut ista quae recipiunt accidentes per naturam materię, & causant accidentis per naturam formę. Ostensum autem est supra Deum non esse compositum. Vnde impossibile est quod sit in eo accidentis. Tertia ratio est, quia accidentis cōparatur ad subiectum: sicut actus ad potentiam: cum sit quemdam forma ipsius. Vnde cum Deus sit actus purus absq; aliius potentia permisit, non potest esse accidentis subiectum. Sic ergo patet ex præhabitibus, quod in Deo non est compositione materię & formę & quarumcumq; partium substancialium, nec generis, & differentiæ nec subiecti & accidentis: patet etiam quod prædicta nomina in Deo non prædicant accidentis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Damascenus loquitur de istis nominibus non quantum ad id, quod prædicat de Deo: sed in quantum ad id a quo imponuntur ad significandum. Imponuntur enim a nobis

A ad significandum ex formis accidentalibus, quibusdā, i.e. creatureis repertis. Vult n. ex hoc p̄bare quod per nostra dicta de Deo, non notificatur nobis eius substantia. Ad SECUNDUM dicendum, quod licet bonitas humana & sapientia & iustitia, qualitas sit genus: non tamen est genus eorum fīm quod de Deo prædicantur, eo quod qualitas in quantum hīmō, dī ens: eo quod inhaeret aliquatenus subiecto. Sapientia autem, & iustitia non ex hoc nominantur: sed magis ex aliqua perfectione, vel ex aliquo actu: vnde talia veniunt in diuinam prædicacionem secundum rationem differentiæ, & non secundum rationem generis. Et propter hoc Augustinus dicit, s. lib. de Trinitate. Intelligentius quantum possunt sine qualitate bonum, sine quantitate magnū. Vnde non oportet quod modus iste, qui est asequi naturam, inueniatur in Deo.

B AD TERTIUM dicendum, quod si bonum & iustitia sunt vniuoce de Deo prædicarentur, sequeretur quod falsa esset prædicatio, remoto genere: nihil autem de Deo & creatura vniuoce prædicatur, vt infra ostendetur. Vnde ratio non sequitur.

C AD QUARTVM dicendum, quod sapientia quae est accidentis in Deo non est: sed sapientia alia non vniuoce dicta. Et propter hoc ratio non sequitur.

AD QUINTVM dicendum, quod exemplata non semper representant perfecte exemplar: vnde quandoque quod est in exemplari, deficienter & imperfice inveniatur in exemplato, & praecipue in his quae exemplantur a Deo, qui est exemplar omnem creatione proportionem excedens.

AD SEXTVM dicendum, quod similitudo & equalitas in Deo dicuntur, non quia sit ibi qualitas vel quantitas: sed quia de eo dicimus, quædam quæ apud nos significant qualitatem vel quantitatem, cum dicimus Deum magnum & sapientem, & hīmō &c.

AD SEPTIMVM dicendum, quod accidentia non dicuntur entia, nisi per relationem ad substantiam tanquam ad primum ens, dī vnde non oportet quod accidentia mensurentur uno primo, quod est accidentis: sed uno primo quod est substantia.

D AD OCTAVVM dicendum, quod oī illud sine quo res aliqua potest intelligi secundum suam substantiam intellecta, dī habet rationem accidentis. non n. pōt ēcī quod non intelligatur id quod est de substantia rei, re fīm suam substantiam intellecta: sicut quod intelligatur quid est homo, & non intelligatur quid est animal. Deum autem nos non videmus hic per essentiam: sed consideramus eum ex eius effectibus. Vnde nihil prohibet considerare ipsum ex effectu essendi, & non considerare ex effectu bonitatis: sic enim loquitur Boetius. Sciendum tamen quod licet nos intelligamus aliquatenus Deum, non intelligendo eius bonitatem: non tamen possumus intelligere Deum intelligendo eum non esse bonum, sicut nechominem intelligendo eum non esse animal: hoc enim remoueret substantiam Dei quae est bonitas. Sancti vero in patria qui vident Deum per essentiam, vident Deum, vident eius bonitatem.

E AD NONVM dicendum, quod hoc nomen sapientia verificatur de Deo quantum ad illud a quo imponitur nomen. Non autem imponitur nomen ab hoc quod est sapientem facere: sed ab hoc quod est sapientia intellectualiter habere. Scientia enim, in quantum scientia, referitur ad scibile: sed in quantum est accidentis vel forma, referitur ad scientem: hoc autem quod est sapientia habere, est accidentale homini non autem Deo.